



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De modo amandi proximum. Cap. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

est: quòd beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandū amicos, cum quidam quo plus debēt, magis oderint. Quid ergo? Beneficia nō parant amicitias? Parāt, si accepturos licuit eligere: si collocata, nō sparsa sunt. Itaq; dum incipio esse mētis tuę, interim hoc cōsilio sapientū utere, vt magis existimes pertinere ad rem quis, quā quid acceperit. Tullius in Rhetorica: Melius apud bonos, quā apud fortunatos beneficium collocatum est. Inter omnia maxime valet ad hoc quòd aliquis ametur, si ipse primo amauerit. Aug. Nulla est maior ad amorē inuitatio, quā pręuenire amando. Et nimis durus est amicus, qui dilectionē si nō lebat impendere, nōlit rependere. Seneca in epistolis: Quæris quomodo amicum, facturum sis cito? Ego tibi monstrabo amatum sine medicamento, sine herba, sine vilius veneficę carmine. Si vis amari, ama. Item vt ameris, amabilis esto.

*De modo amandi proximum.*

CAP. X.

Notandū quòd scriptura sacra triplex exemplar nobis ministrat ad ostendendū quomodo proximū amare debeamus. ¶ Primum est, amor quo Christus amavit nos. Ioā. 15. Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. ¶ Secundū est, amor quo amamus nosmetipsos. Matt. 22. & Luc. 19. Diliges proximum tuum sicut teipsum. ¶ Tertium est, amor quem habent membra eiusdem corporis ad inuicem. ad Ro. 12. Sicut in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent: ita multi vnū corpus sumus in Christo. De eodē habetur 1. Corin. 12. ¶ Et notandum circa primum, quòd Christus amavit nos amore gratuito, scilicet amore gratis dato, non præcedentibus meritis nostris reddito. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deū: sed quando ipse prior dilexit nos. Sic amare debemus proximum. Non sic faciunt qui nōlūt amare, nisi eos quibus se primo agnoscunt amari. Matt. 5. Si diligatis eos qui vos diligunt, quā mercedē habebitis? nōne & publicani hoc faciunt? Itē amavit nos Christus amore recto: quia nō propter vilitatem suam, sed propter nostram: non vt à nobis acciperet, sed vt nobis daret. Seneca in epistolis: Amicus qui vilitatis causa assumptus est, tādū placebit, quādiu vilis erit: Et iterum: Necessē est, vt initia inter se, & exitus congruant. Qui amicus esse cœpit, quia expedit, placebit aliquod pretium illi cōtra amicitiam, si vllum in ea placet præter ipsam. In quid igitur ego amicum paro? Vt habeam pro quo mori possim, vt habeā quem in exiliū sequar, cuius me morti & opponā, & impendā. Ista quam tu describis, negotiatio est, non



amicitia, quæ ad commodum accedit, quæ quid cõsecutura  
spectat. Idẽ: Sapiens habere amicũ vult, sed ob nihil aliud  
vt exerceat amicitia ne tam magna virtus iaceat: nõ ad hoc  
habeat qui sibi agro assideat, succurat in vincula coniecto,  
inopi: sed vt habeat aliquẽ cui ipse agro assideat, quem ipse  
cũuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat, & per hoc  
amicitiam venit, male cogitat: quẽadmodum cõpit, sic desinat.  
Parauit amicũ aduersum vincula laturũ opem: quum primũ  
perierit catena, discedet. Augu. ad Macedoniũ: Vera amicitia  
pensanda est temporalibus commodis: sed gratuito amore per  
tanda. Amb. Amicitia virtus nõ quæstus est. Hier. in epistola  
amicis nõ res quæritur: sed voluntas. Idem super 12. propheta  
Delicata amicitia est, quæ amicorũ facilitatẽ & diuitias sequi  
tur. Istiusmodi homines nõ mihi videtur amicos, sed seipso  
ligere. Tullius de Amicitia: Amicitia nõ spe mercedis, sed quia  
omnis fructus in ipso amore est, expectadã putamus. Si vult  
cõglutinaret amicitias, eadem cõmutata dissolueret. Boetius  
lib. de cõsolat. Quem felicitas amicũ fecit, infortunũ fecit  
amicũ. Itẽ amauit nos Christus amore discreto. Amor discretus  
est, qui personas amat, & vitia persequitur: nec sic personis  
descendit, q̃ vitii implicetur. Bern. Christus in carnis afflic  
tione condescendit mihi, in culpa vitiatione consuluit sibi.  
amare debemus proximum. Ad Ro. 13. Dilectio proximi  
non operatur. Tullius in lib. de Amicitia. Nulla est excusatio  
amicitiae causa peccaueris. Nã cum conciliatrix amicitiae vit  
tis opinio fuerit, difficile est amicitia manere, si virtute defici  
ris. Hæc sanciat lex amicitiae, vt nec rogemus res turpes  
faciamus rogari. Caritas iugũ est à parte anteriori homines  
gãs. Facit enim eos cõcordes in bono. Amicitia verò munda à  
steriori colligat homines, vt vulpeculas Sãpsonis. Iud. 15. Facit  
enim cõcordes in malo. Item Christus amauit nos amore  
menti. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam  
animã suã ponat quis pro amicis suis. Sic debemus amare  
proximũ. 1. Io. 3. In hoc cognouimus charitatẽ Dei, qm̃ ille animã  
suã pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animã  
nerẽ. Adeo debemus amare proximũ, vt etiam amemus qui  
sunt. Deut. 22. Non videbis bouẽ & ouem fratris errantẽ  
preteribis, sed reduces fratri tuo. Itẽ amauit nos Christus  
fructuoso, nõ vocali solũ. Sic debem⁹ amare proximũ. 1. Io. 4.  
lioli, nõ diligamus verbo, neque lingua: sed opere & veritate.  
quibusdã charitas habet linguã magnã, & manũ nullã. Co.



In Moralib. Dilectio nostra semper exhibenda est, & veneratio-  
 ne sermonis, & ministerio largitatis. Idē: Probatio dilectionis  
 est exhibitio operis. ¶ Itē amavit nos Christus amore perseve-  
 ranti. Io. 13. Cū dilexisset suos qui erant in mundo, in finē dile-  
 xit eos. Sic amare debemus proximum. Sed sunt qui cū felicem  
 amant: felicitate verò recedente ab eo, recedunt: hi secundū ve-  
 ritatem nunquā eum amaverūt. Greg. Cū quis positus in pro-  
 speritate diligitur, incertū valde est utrū prosperitas, an perso-  
 na diligatur. Amissio felicitatis, vim interrogat amoris. Qui in  
 adversitate proximū despicit, apertē conuincitur quod hunc in  
 prosperis non amavit. Senec. de remediis fortuitorū: Multi illū  
 comitātur, vel muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumenta for-  
 micæ: prædam sequitur illa turba, nō hominē. Senec. in episto-  
 lis. Quod tu beneficio tuo scire non potes, paupertatis beneficio  
 nō te, sed aliud sequebatur. Boët. in lib. Consola. Hæc aspera  
 fortuna tibi certos sodalium vultus ambiguosque secernit, di-  
 scedens suos abstulit, tuos reliquit, & nunc amissas opes queri  
 desine, quod pretiosissimū diuitiarū genus est, amicos inuenisti.  
 Eccles. 12. Non agnosceretur in bonis amicus, nec abscondetur in  
 malis inimicus. Eccle. 6. Est amicus secundum tempus suum, &  
 non permanebit in tempore tribulationis. Item in eodem: Est  
 amicus socius mæsa, & nō permanebit in die necessitatis. Eccl.  
 17. Est amicus solo nomine amicus. Sūt aliqui etiam qui parua  
 occasione de amicis efficiuntur inimici. Eccle. 6. Est amicus qui  
 conuertitur ad inimiciā. Tullius: Nihil turpius est, quā cum  
 eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. Amb. Constans  
 debet esse amicitia, & perseverare in affectu: nec pueruli mo-  
 do amicos mutare vaga quadā sententia. Tullius: Sodales vetu-  
 stos nunquam sequentium novitate fastidias. Procul autem sit  
 videre amicis vtī quāsi floribus tandiu gratis quāndiu recenti-  
 ber. Eccle. 9. Non derelinquas amicum tuum antiquum: nouus  
 enim nō erit similis illi. Vinū nouum, amicus nouus: veterasceat,  
 & cū suauitate bibes illud. Amicitia est necessariū vitæ huma-  
 næ præsidium: sicut temerē assumi nō debet, sic semel rectē appre-  
 hensum sperni non conuenit. ¶ Circa secundum exemplar no-  
 tandum quod illud mandatū, Diliges proximum tuum sicut te-  
 ipsum, dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, id est, ad quod  
 te ipsum: scilicet ad gratiā in præsentī, & gloriā in futuro. Vel  
 in ipso te ipsum, id est, in Deo. August. de doctrina Christiana:  
 Quisquis rectē diligit proximū, hoc cū eo debet agere, vt etiam



ipse toto corde, tota anima, tota mente diligat Deū. Vel sic potest intelligi, vt sit sensus, Hoc facias proximo q̄ tibi vis fieri, quod autem nos vis tibi fieri, ei non facias, vt hęc duo præcepta iuris naturalis, quorum vnū habes Matt. 7. aliud Tob. 4. sunt expositiua huius mandati. Isido. in lib. differentiārum: Duo sunt erga proximi dilectionē seruanda, vt beneficij impensione foueatur, & nulla malitia lædatur. Non dicitur, Diliges proximum tuum plusquā teipsum. Videtur plusquā seipsum proximum velle diligere, qui curationi propriæ non sufficiens, curam proximi sui cupit assumere. Bernar. super Cantic. Tu frater, cui summa salus propria salus nondum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut ad eò tenera atque arundinea quatinus omni statui cedat, omni credat spiritui, omni doctrinæ circumferatur vt in imò cui tanta est charitas, vt ultra mandatū quidē diligas proximum tuum plusquā teipsum: & rursus tāilla, vt cōtra mandatū fauore liqueat, pauore deficiat, perturbetur tristitia curia cōtrahatur, ambitione protrahatur, suspitionibus inquietetur, cōiurijs exagitetur, curis euisceretur, honoribus timeat, uore tabescat. Tu, inquam, ita in proprijs teipsum sentiens, quā nunc dementia, quā so, aliena curare aut ambis, aut acquiescas. Audi quid cōsulat cauta vigilque charitas. Nō quod alijs, imo sit remissio, nobis autem tribulatio: sed ex æqualitate. Noli tantum esse iustus: sufficit vt diligas proximum sicut teipsum. Gregor. in Moral. Magna cura necessaria est prædicatori, vt timoris laceratione se mordeat: ne proximum iuuando se deserat, vt alios erigens cadat. Et notandū quòd cum præceptū sit, vt proximum sicut nos diligamus: qui se non diligit, proximum diligere nescit. Augu. in lib. de verbis domini: Vide si iam nosti diligere teipsum, & committo tibi proximum quem diligas sicut teipsum. Si autem non nosti diligere te, timeo ne decipias proximum sicut te. Idem in lib. de disciplina Christiana: Si te interrogem vtum diligas te: Respondes, quia diligas: quis enim te odit: ergo non diligis iniquitatem: nam si diligis iniquitatem, odis te. Nō ego dico, Psalmistā audi: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Idem in eodem: Qui diligit iniquitatem, quomodo tibi volebas committi proximum, vt diligeres eum tanquam te, homo qui perdis te? Si enim tu ipse sic te diligis, vt perdis te, sic profecto perditurus es eum quem diligis, sicut te. Nolo ergo quendam diligas: vel solus peri, aut corrige dilectionem, aut spue societatem. ¶ In summa notandū est, quòd modus amandi proximum, est vt amemus eum super res trāsitorias & citra Deū.



& propter Deum. Vnde qui proximum diligit debito modo, Deum plus diligit, propter quod proximum diligit. Et ideo manifestum potest esse quomodo illud verum est. ad Roma. 12. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et ad Galat. 5. Omnis lex in vno sermone completur, Diliges proximum sicut teipsum. Implet enim mandatum de dilectione proximi, implet mandatum de dilectione Dei. Aug. ad Macedonium: Nemo esse potest veraciter amicus hominis, nisi fuerit ipsius primitus veritatis. Itē Aug. Inerit quos amicus non est, rerum diuinarum cōsensio, nec humanarū plena esse potest: necesse est vt aliter quā oportet humana existimet, qui diuina contēnit: nec hominē rectē diligere nouit, quisquis eū nō diligit qui hominem fecit. Greg. in moral. Per amorē Dei amor proximi gignitur, & per amorē proximi, Dei amor nutritur. Fons q̄ in alto oritur, de facili ad loca inferiora deriuatur. Sic amor si primò Deo integrè detur, deinde ad proximum recte dirigatur, vt scilicet proximus propter Deū ametur. Tunica Christi in cōsulis, quę vnitatē ecclesię designabat, desuper erat cōtexta. Io. 19. Amore enim Dei firmata debet esse dilectio proximi. Aug. 4. lib. Cōf. Dominē, beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. ¶ Circa tertium exemplar notandum, quod decem sunt, in quibus amor, qui est respectu proximi, imitari debet amorē membrorum eiusdem corporis. Primum in hoc, quod vnum membrum non inuidet alij mēbro, licet non habeat officium quod illud habet. Si enim omnia mēbra vnicum haberent officium, essent quasi vnum membrum. 1. Corin. 12. Si totum corpus oculus, vbi auditus? & si totum auditus, vbi odoratus? Et post: Si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Et ad Rom. 12. Omnia membra non eundem actum habent. Sic non debet aliquis inuidere proximo suo habenti gratiā quā ipse non habet. Aug. in lib. de Virginitate. Duobus malis hoc est Superbia, & Inuidia, diabolus est. Itē in li. de disciplina Christiana: Auerrat Deus pestem inuidiæ ab animis omnium hominum. Inuidia diabolicū vitium est: habet matrem suam, scilicet superbiā: suffoca matrem, & non erit filia. ¶ Secundo in hoc, quod membrum vnum officium suū sibi non appropriat, sed gratis aliis cōmunicat. Oculus est oculus omnibus mēbris. Idē intellige de ceteris mēbris. Sic debet aliquis cōmunicare gratiā quam habet proximo suo. Ad Ro. 12. Multi vnū corpus sumus in Christo: singuli autē alter alterius mēbra. Et in eodē. Necessarios sanctorū cōmunicantes. Sed hodie loco huius gratuitæ cōmunicatiōis, abūdāt venalitas in ecclesia Dei. Michę 3. Pri-



cipes eius in muneribus iudicabāt, & sacerdotes eius in mem-  
 de docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. ¶ Tertio  
 vnum membrū læsum ab alio se non vindicat. Sic debet esse  
 ter membra ecclesiæ. Ad Rom. 12. Nulli malum pro malo re-  
 dentes. ¶ Quarto, membra infirmiora amplius honorantur. 1. ad  
 Cor. 12. Quæ videntur mēbra corporis infirmiora esse, necessa-  
 riora sunt: & quæ putamus ignobiliora membra corporis, hæc  
 honorē abundantiorē circundamus: sic non debemus despiciere  
 eos qui infirmi videntur: ad Ro. 12. Honore inuicem præueni-  
 tes. Amb. Nō est fraternus amor, nisi mutuis se præueniat ob-  
 quibus. ¶ Quinto vnum membrum alij comparitur, & cōgaude-  
 1. ad Cor. 12. Si quid patitur vnum membrū, compatiuntur om-  
 nia membra: siue gloriatur vnum membrū, congaudent cetera  
 membra. Sic fideles debent gaudere cum gaudentibus, & fer-  
 cum sentibus. ¶ Sexto, vnum membrū sibi reputat fieri quod  
 sit aliis, siue sit bonū, siue sit malum. Si lædatur pes, os conque-  
 ritur: si lauentur pedes, os regratiatur. Luc. 7. Intraui in domum  
 tuam, & aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachry-  
 rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Sic vnus fidelium re-  
 rare debet sibi fieri quod sit aliis. Vnde caput ecclesiæ dicit, Mat. 23.  
 Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Seneca in  
 epistolis loquens cuidā amico suo: Mihi id expedit, quod tibi  
 non sum amicus nisi quicquid agitur ad te pertinens, meū est  
 Consortiū omnium rerum inter nos facit amicitia, nec secū-  
 quicquā singulis est, nec aduersi. In cōmune viuunt. ¶ Septimo  
 vnū membrū pro alio læsioni se exponit: vt manus pro oculo.  
 Sic debet facere fideles, exemplo capitis qui scapulis suis ob-  
 brauit nobis in cruce, lectū recipiēs quē humanū genus debet  
 recipere. ¶ Octauo, cibum quē vnum membrum recipit, omnibus  
 mēbris cōmunicatur. Si verò aliquod membrū amplius delectat  
 de illo sibi retinuerit, ad malū suū illud retinet. Est enim ei  
 teria apostematis, vel alterius infirmitatis. Sic etiā est inter fide-  
 les. Eccle. 5. Est alia infirmitas pessima, quā vidi sub sole: diuina  
 conseruata in malum domini sui. ¶ Nono, vnum membrum  
 multum timet ab alio separari. Nec mirū, cū separati ab aliis  
 sit inutile. Nō enim iā viuificatur à spiritu à quo viuificatur ce-  
 tera mēbra. Sic fideles timere debet separari à corpore ecclesiæ  
 Augustinus: Nihil sic debet formidare Christianus, quā separari  
 à corpore Christi. ¶ Decimo, totū corpus tremorē, & horro-  
 rem patitur, ad separationē vnus mēbri à se, sic corpus eccle-  
 siæ timere debet, cū videt aliquem fidelem separari à se v-

per morte  
 significat  
 future. C  
 iter De  
 De diuer

Primo  
 inter v  
 ro. de am  
 Amicitia.  
 Deo place  
 iusserit di  
 Tempus c  
 tentes no  
 est necess  
 Superna c  
 men iste n  
 10. Qui am  
 Gre. in hor  
 vita Dei co  
 Honora p  
 facto carni  
 Dei domin  
 pcedit D  
 re calce ab  
 vt offerret  
 Mach. 7. l  
 tes sub vni  
 vere vince  
 filii prop  
 pinquos su  
 & Luc. 14. l  
 de matre, &  
 de animam  
 pulis. Non  
 tem imped  
 filii in pecto  
 deat nepos  
 multietat n  
 partem, sic  
 est in hac r  
 p.



per mortē, vel per excommunicationē. Ps. Dedisti metuē tuis te  
 significationē, vt fugiāt à facie arc⁹. Pena presēs significatio est  
 futurē. Cū alijs presenti pœna punitur, cogitare debemus qua-  
 liter De⁹ percutiet vbi nō parceret, ex quo ita percutit vbi parcerit.  
*De diuersis speciebus amoris proximi. Et primo de amore parentum.*

## CAP. XI.

Primo de amore parentū dicturi sumus. ¶ Secūdo, de amore  
 inter virtutē, & vxorem. ¶ Tertio, de amore honorū. ¶ Quar-  
 to, de amore inimicorum. ¶ Quinto, tangemus aliquid de vera  
 Amicitia. ¶ Circa primum notandum, q̄ amor parentum multū  
 Deo placet, qui tantū parentum nomē diligit, q̄ seipsum patrē  
 iussit dici, vt ait Hieronymus. Homini etiam multū prodest.  
 Tempus enim viuēdi extēdit: iuxta verbum eiusdē. Basilius: Pa-  
 rentes nostros, vt propria viscera diligamus. Ad hūc amorē nō  
 est necesse multū homines incitare, cum natura ad hoc incitet.  
 Superna cum est in id nos impelli in quod nos imus. Amor ta-  
 men iste nō debet esse amor Dei cōtrarius, sed subiectus. Matt.  
 10. Qui amat patrē & matrem plusquam me, nō est me dignus.  
 Greg. in homil. Amerur in hoc mūdo quilibet aduersarius: sed in  
 vita Dei cōtrarius non amerur, etiā propinquus. Hiero. in epist.  
 Honora patrem tuum, sed si te à verō patrē nō separat. Tandiu  
 caro carnis copulā, quandiu ille suū nouerit creatorem. Amor  
 Dei dominari debet in homine, nō amor carnalis. 1. Reg. 2. Re-  
 prehēdit Dominus Heli de hoc q̄ filios suos ei prētulerat. Qua-  
 re calce abieciisti victimam meā, & munera mea quæ præcepi,  
 vt offerretur in tēplo: & honorasti magis filios tuos quā me? Ec-  
 2. Mach. 7. legitur de quadam bona matre, q̄ filios septē pereū-  
 rit sub vnius diei tēpore conspiciēs, bono animo ferebat. In ea  
 vitē vincebat amor Dei amorē filiorū. Et Abrahā paratus fuit  
 filium propriū occidere propter Deum. Gene. 22. Et Leuitā pro-  
 pinquos suos occidere ad præceptum Moyſi serui Dei. Exo. 32.  
 & Luc. 14. legitur: Si quis venit ad me, & nō odit patrem suum,  
 & matrē, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc autem  
 animam suam (id est tēporalē vitā) nō potest meus esse disci-  
 pulus. Non sunt agnoscendi propinqui, secūdm carnē, si salu-  
 tem impediunt. Hier. in epistolis. Ecce, inquit, aduersarius Chri-  
 sti in pectore tuo conatur occidere, licet paruulus ex collo pē-  
 detur nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus vbera quibus te  
 nuterat mater ostēdat, licet in limine iaceat percalcātū perge-  
 ratem, sicis oculis ad vexillū crucis euola. Solū pietatis genus  
 est in hac re esse crudelē. Idē: Gladium tenet hostis, vt perimat,